



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 89. Servetus lata in eum sententia combustus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.  
A.C 1553.

Thu. hist.  
l. 12. n. 11.

jectum adeo contemptum, & protritum  
cerneret, nec tamen ipso Serveto mi-  
nus animosus esset, vicissim eidem il-  
lius superbiam, atque errores expro-  
babat, ut proin mutua hæc convitiandi  
libido totius hujus disputationis exitus  
esset; cum autem Servetus suis opinio-  
nibus pertinaciter inhæreret, ac spre-  
ta carceris pœna, & periculo, quocum-  
jamjam luctabatur, semper affirma-  
ret, quod Christus Dominus non nisi  
homo, nequaquam vero supremus, at-  
que a nullo ente dependens sit Deus,  
hinc Magistratus unice eo curas inten-  
debat, ut judicii acta adversus eum in-  
struerentur, priusquam tamen causa  
capitis inchoabatur, Magistratus, necnon  
Basileenses, Tigurini, Bernates, & Sca-  
phusiani Ministri hac super re in confi-  
lium vocabantur.

§. LXXXIX.

*Servetus lata in eum sententia  
combustus.*

Sleidan.  
l. 25. p. 953.  
Thu. l. c.  
Calvin. epist.  
ad Sultze-  
rum n. 156.

Cum accusationum capita, contra Ser-  
vetum prolata essent perlecta, Hel-  
vetiorum Pagi hæc in responsis dabant: „  
cum Servetus hæreses jam olim ad  
„turbendam Dei Ecclesiam a diabolo  
„suscitatas innovare præsumpserit, inde  
„in deforme monstrum haud ultra in  
„terrarum Orbe sustinendum degenera-  
vit

„vit, hinc mortis reus cenfetur.,, Ac-  
 cepto horum iudicio Genevenfes iudicii  
 acta adverfus eum perficere feftinabant,  
 & quamvis tam accufati fautores, quam  
 occulti Calvinii hoftes pro eo deprecarentur,  
 pluresque alii ceteroquin neutri parti ad-  
 hærentes, ut tota cauffa ad Senatum ex ducentis  
 Viris compofitum devolveretur, nil intentatum  
 relinquerent, fpe freti, quod in hoc Senatu  
 initius in reum animadverteretur, quini-  
 mo licet quidam ex plebe sæpius eum e carcere  
 fuo liberare, eundemque in libertatem afferere  
 niterentur, nihilominus Genevenfis Magiftratus  
 eum die vigefima fexta Octobris ad rogi fuppli-  
 cium damnavit, atque altera etiam die vigefima  
 feptima ejuſdem Menfis hæc ſententia in eum  
 pronuntiata executioni fuit data. Agebat  
 Servetus eo tempore quadrageſimum quartum  
 ætatis fuæ annum, ac referente Calvino, mortis  
 ſententiam excipiens nunc attonitus, atque  
 immotus videbatur, nunc ſuſpiria ex immo  
 pectore trahebat, ac non raro fatuo fimilis  
 in lamenta effundebatur, Hispanorum more  
 vociferans; *mifericordia! mifericordia!*

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1553.  
*Sandius*  
*Bibl. Anti-*  
*trin. p. 6.*  
*Calv. epist.*  
*n. 161. ad*  
*Faral. 26.*  
*Octobr.*

§. XC.

*Præcipui errores Serveti.*

*Hift. Ecclef. Tom. XLI. Uu Cete*